Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26550
Copyright: Admont, Benediktinerstift



nouo uino delectari habundantius cum uetus
sit suauius. obedientia nra et caritate cristi co
pulsus. nouum ex ueteri de pinxi opus aspicere
volentibus atque nouum potum miscui bibere
cupientibus. Ecce secundum priorem formam hanc bre
uem sed tamen nouam de pinxi tabulam. ut
quibus non uacat in mensitati illorum egregii o
peris. considerando diutius insistere non pigeat.
saltim in festis diebus huius tabelle aliquam
formulam perspicere. Huic tabelle sit nomen
speculum ecclie. Hoc igitur speculum omnes sa
cerdotes ante oculos ecclesie expandant. ut spo
sa cristi in eo uideat quid ad huc sponso suo in
se dispiceat. et ad imaginem eius mores
et actus suos componat.